Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2515
Quelle:
Copyright:

(Amſtelod.) 1698. p. 605. f. Initium nobis: *Clemens Jacobo domino et epiſcopo epiſcoporum — Notum tibi facio domine, Quia Simon Petrus, qui vere fidei merito et integre predicationis obtentu* &c. Itaque verſio *Rufini* eſt, quae l. cit. p. 611. alteram ad graecum πρωτοτυπον exactiorem ſequitur.

IV. *fol.* 79. p. 2. Homiletica quaedam *in Capite Iejunii*, *Feria Cinerum* et *Fer. VI. in Iejunio.* Nullius momenti.

V. *fol.* 82. *Tractatus Magiſtri Jacobi de miſa alias de Strziebro contra doctorem* (Andr.) *Brodam de Communione utriusque ſpeciei.* Initium: *Praemiſſis poſicione ſcolaſtica et tractatulo, in quo ſanctorum antiquorum auctoritates* &c. Edidit ex eodem hoc *Codice* Cl. *Herm. von der Hardt Actor. Conc. Conſtant.* T. III. P. 16. p. 416. tanquam pertinentem ad an. 1415.

VI. *fol.* 163. p. 2. *Litera dominorum Bohemorum et morauorum ad conſtancienſem Synodum directa dolens de morte Magiſtri Job. Hus et Magiſtri Ieronimi.* Extat haec Epiſtola, quam *dentatam* vocat *Zach. Theobaldus*, in Opp. *Job. Huſſi* edit. 1715. P. I. p. 98. hoc initio: *Sane quia iure naturali et diuino cuilibet iubetur alii facere, quod ſibi uult fieri* &c. et data ibi legitur: *Sternberg Anno Domini MCCCCXV. die et feſto ſancti Wenceslai*, i. e. 28. Septembr. Additur tamen in margine: *Alias: Datum Pragæ 1415. die 2. Septembris in pleno Concilio Magnatum, Baronum, Procerum et Nobilium Regni Bohemiæ et Marchionatus Moraviæ noſtrorum ſub appenſione ſigillorum.* Atque haec totidem verbis ad calcem *Epiſtolae* habet Exemplar noſtrum confirmatque *Laur. Brzezina* in *Diar. Belli Huſſit.* L. III. in *Reliq. Mſſ. J. Pet. Ludewig.* T. VI. p. 136. ut adeo *Sternberga* et dies *Wenceslai*, neſcio unde, obrepſerit operum *Huſſi* Editoribus, niſi dicas, minoris Nobilitatis Conventum *Sternbergae* ad eam diem actum adprobaſſe eandem *Epiſtolam*, et Sigillis ſuis muniviſſe; recitant enim Editores 54. Nominum Catalogum, quae *Epiſtolae* ſubſcripta fuiſſe dicunt, quaeque non niſi Equitum, et inferioris ſubſellii Nobilium videntur. At vero Exemplar noſtrum longam Seriem Primorum Regni et Marchionatus Procerum praetextam habet, quam et *Theobaldi* c. 21. p. 53. paucis demtis videas; *Bawor* enim *de potenſtein*, *Job. Puſſka de Cunſtat*, *Wokko de Holſtein*, *Milota de Krawarz*, *Puota de Czaſtolowicz*, *Wilh. de Potenſtein*, *Arneſt. de Richmburg*, *Petr. de Zwierzieticz*, *Gunram. Dubrawka de Dubrawicz* ei omittuntur. Praeterea pro *Sigism. et Milota fratribus de Krzizanow* interpres ejus latinus *Jac. Pontanus Heidelb.* corrupte, ut videtur, ſcribit *Sigismundi Milotaei Bacizanczovii fratres.* Denique, cum Bohemica Nomina graece latineve reddere ſaepiuſcule adfectet, quasdam ejus adpellationes e praeſenti Serie patriae linguae reddam:

Lac-